Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Museum Noricum oder Sammlung auserlesener kleiner Schrifften, Abhandlungen und Nachrichten aus allen Theilen der Gelahrtheit, vornehmlich der nü
rnbergischen Geschichte

Altdorf 1759

4 Germ.sp. 233-1759
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10003056-3
VD18 90277481

# MVSEVM NORICVM

oder

## Sammlung

außerleſener kleiner Schrifften/
Abhandlungen und Nachrichten
aus allen Theilen
der Gelahrtheit,
vornemlich
**der Nürnbergiſchen**
Geſchichte.

Altdorf,
zu finden bey Lorenz Schüpfel,
akademiſchen Buchhändler.
1759.

# Num. XI.

## SIGNIFICATIO VOLVNTATIS IOACHIMI CAMERARII SENIORIS POLYHISTORIS CONSVMMATISSIMI AD LIBEROS SVOS *)

### ANNO IESV CHRISTI MDLXVIII DIE DVODECIMO MENSIS SEXTILIS.

DEó aeterno patri Domini noſtri IEſu Chriſti Saluatoris generis humani, cum hoc filio ſuo coaeterno et sp. ſancto Vni, ſoli, uero, ſancto, iuſto, forti, immortali, miſericordi Deo, Ago gratias ex animo, pro ingentibus beneficiis, quae in me benigniſſime contulit, a primo tempore ortus mei, usque ad hunc diem ſenectutis meae: Inprimis quod uoluit notitiam mihi contingere ueritatis celeſtis, et diuinae ſapientiae ſuae arcanique conſilii de liberatione et felicitate generis humani ſempiterna: Et quod clementiſſime gratiam fecit et dedit ueniam multiplicibus lapſibus et peccatis, inque his grauibus delictis, et propitius texit turpitudinem flagitioſae uitae, et errantem reduxit in uiam, et uitam meam nequaquam innocentem infamia criminum carere hactenus uoluit, et inſuper immeritum me



*) Dieſes merkwürdige Teſtament eines unſerer gröſten Männer hat bereits vor geraumer Zeit der ſel. Hr. Siegm. Jac. Apin ſchon gemein zu machen verſprochen. Er ſchmeichelte ſich, das Autographon zu haben; hat ſich aber wol geirret: indem er auſſer Zweifel keine andere Schrifft hatte, als die in meine Hände gekommen und die ich gegenwärtig abdrucken laſſe. Die Hand dieſer Schrifft iſt zwar alt, aber gewiß nicht des Camerarius ſeine. Es geben es auch andere Umſtände, daß es eine Abſchrifft ſey, die etwann einer ſeiner Söhne gemacht hat. Siehe übrigens D. Io. Ge. Schelhornii uitam Phil. Camerarii, p. 174. not. (a).

me bona exiſtimatione ornauit. Et quod reliquum mihi ab ipſius benignitate tempus ad uiuendum in terris concedetur, precor clementiam et imploro miſericordiam ipſius, quae orbem terrarum opplet, ut dirigere uelit, et pertinere faciat, ad laudem gloriamque ſanctiſſimi nominis ſui, aliquem eccleſiae ſanctae uſum, et meam ſalutem. Commendoque eius clementiae atque miſericordiae, uitam, fortunas, corpus, animum meum: et ſuppliciter oro, ut me et meos perpetua benignitate, et miſericordibus oculis ſuis et praepotentis excelſitatis manu tueatur, reſpiciat, protegat, Amen.

O Ieſu Chriſte, fili Dei uiui, qui mortuus es pro peccatis noſtris et reſurrexiſti uiuus, ad iuſtificationem noſtram, et aſcendiſti in celum, ſedensque ad dextram Dei patris in Gloria potentiaque et regno communi, una cum ſancto ſpiritu fidelium tibi curam perpetuo ſuſcipis, pro eis deprecando et ipſos defendendo, et ſancto ſpiritu tuo muniendo et confirmando: o miſerere mei, miſerere meorum omnium: Neu deſeras nos ſed conſerua nos tibi perpetuo ſecundum beneplacitum uoluntatis tuae: Memor immenſae miſericordiae tuae et obliuiſcens peccatorum et offenſarum noſtrarum, et nos te quamuis languida fide fretos, in tua Eccleſia ſancta aliquo ſemper eſſe loco ſinas, neque abs te unquam ſeparari patiaris, ut ſimus participes Regni tui in hac uita caduca ſimul ac altera ſempiterna Amen.

Mea uita attingit iam Annum LXIX. Quam hucusque produxi, ita ut gratiae maximae Deo aeterno habendae agendaeque ſint, potius quam querelae admodum deplorandae. Etſi enim non caruit curriculum meum moleſtiis, curis, laboribus: In omnibus tamen aduerſis et difficilibus rebus auxilium benignitatis diuinae ſenſi, et ab aeterni Dei clementia miſericordiaque fui ſuſtentatus. Cui ſit laus, honor, gloria, gratiarum actio ſine fine.

Cum autem omni momento accidere aliquid humani poſſit unicuique, et piae diligentiae ſit extare ſententiam uoluntatemque alicuius declaratam poſteris: Quod ſaepe in animo fuit, id tandem efficere aggreſſus ſum: Vt perſcriberem, quid a meis, poſt migrationem ex hac uita meam, fieri ſeruarique uellem. Neque putaui opus eſſe, quo nomine rata foret uoluntas mea, diſputare, ut teſtamenti ſolennis codicillorumue ius adhiberem,

cum meis iſta manus meae propriae ſcriptura non eſſet futura ignota: et haberem perſuaſum, ipſos mortuo quoque hoc tributuros, ut ſine recuſatione omni ac potius libenter exequerentur et ſeruarent ea, quae ex his me uoluiſſe fieri, cognouiſſent. Ita enim ſunt educati a me liberi mei, ut ſperem recordantes eos diligentiae et fidelis reſpectus utriusque parentis, omni tempore pro uiribus memoriam grati nobis eſſe animi praeſtituros. Et ita ipſi bonam famam generis noſtri tuebuntur, et ſibi pariter bonae aliquid exiſtimationis conciliabunt. Atque etiam de affinibus meis, mihi omnem beneuolentiam, officium, ſtudiumque erga ſuperſtites meos polliceor, et futurum illis nomen meum non inhonoratum confido.

Atque eſt commemorandum: Quid Dei aeterni liberali et larga beneficentia acquiſitum me relicturum liberis meis ſperem

Erſtlich ſindt die Lehenguether vermeldett in den Lehenbriuen. vnd iſt ohn nott dieſelben hie zu erzelen.

Waß ich dan fuer eigne guether, ahn Behauſſunge, vnd Zinſſen auff Heuſſern vnd ſunſt habe, findet ſich auch verzaignet in den Zinſpuechern.

So habe ich bey einem Erbern rathe meinen gebiethenden Herrn zu Nornbergk angelegt geldt noch 2000 fl. an grober müntz.

Item bey D. Frantz Krammen ſeligen erben 600 fl.

Silbergeſchirr, Kleinod, Hausgereth, Kleider ꝛc. ſo ich hie zu Leipzigk, zu Bambergk, und Nornbergk habe, ſollen inuentirt werden, dan ich jetzo darvon keinen Bericht zu thuen weiſſe.

Libros autem meos uolo magna cum attentione colligi atque coniungi. Itemque ſcripta mea tam edita quam adhuc in chartis exarata, ſiue epiſtolarum ſiue alia nec dum euulgata, aliquanto ſtudioſius cuſtodiri cupio. Atque uolo diligenter caueri, ne in externorum manus quicquam perueniat. Recipiet autem omnia ad ſeſe filius meus Ioachimus, et quid de eis fieri oporteat, una cum genero meo Eſromo Rudingero, adhibito filio meo Philippo, deliberabit atque ſtatuet. Vt, ſi fieri poterit, libri mei conſeruentur. Quos pluris aeſtimari non uolo quam flor. 200 ubicunque hi inuenti fuerint. Quae ſumma pecuniae inter fratres relictos filios meos aequaliter diſtribuetur. Hoc uolo intelligi de libris quorum ego autor non ſum ſeu ab aliis

compoſitis, itemque de iis, quos ego edidi. Chartae autem et epiſtolae ſcriptae et ſi quid in commentariis extabit a me perſcriptum, ea cuncta uolo ad ſe recipere Ioachimum filium meum et Philippum. Et non uolo quicquam horum proferri edendo, quod non habuerit indicatam editionis meam uoluntatem. Niſi filius meus Ioachim. una cum Philippo filio meo, et genero Esromo Rudingero, a me non perfecta neque omnibus numeris, ut dicitur, abſoluta emendare, corrigere, concinnareque ſe ita poſſe putauerint, ut inde aliquam legentes utilitatem percepturi eſſe uideantur.

Waß ich ſunſt habe von Kleidern, Werren, oder anders dergleichen, iſt gerings ſchatz, vnd der rede nitt wert.

Oro autem et obteſtor uos liberos meos uniuerſos et filios inprimis, ut inter uos mutuo diligatis. Hoc ante omnia religioſae pietatis doctrina praecipit, et memorantur concordiae fraternae commoda atque felicitas in Pſalmo Dauidico. Et fertur unius ex ueteribus ſapientibus praeclarum dictum: Concordiam conſenſionemque et animorum mutuam beneuolentiam inter fratres firmiſſimum eſſe praeſidium et tutiſſima moenia in hac uita. Et admonitio ad uos iſta peruenit auita. Nihil enim defuturum, dicere ſolebat pater meus, mihi et patruo ueſtro, fratri meo, ſi mutuum amorem inter nos ſtuderemus permanere. Neque faciat quisquam ueſtrum pluris lucellum aliquod aut acceſſiunculam emolumenti, quam inclinationem animi promti atque parati ad gratificandum. Bonam exiſtimationem et laudis praedicationem, ait poeta, ſe praeferre copiae mulorum et equorum. In hoc igitur non modo honeſtas, ſed utilitas quoque conſideratione ſua animos non futilium mouere debet.

Generis mei pudere meos non debet. Etſi enim eſt hoc neque opibus neque dignitate eximium, in patria tamen ſua antiquam habet et honeſtam memoriam. Hortor autem atque iubeo filios meos moderationem ſeruare, neque animo efferri, atque ſuperbire, aut ullum excellentiae ſplendorem et ſingulare nomen, ab conditione et profeſſione mea abhorrens affectare. Quod ſi aliquem Deus aeternus benigno reſpectu opibus forte et diuitiis auxerit, non ideo ille ſeſe putet eſſe meliorem, ſed pietatem uirtutemque eo ſtudioſius colat, et erga tam ſuos quam alienos

ſit

ſit magis prolixe beneficus et in pauperes liberalis atque largus.

Sunt autem et debita indicanda. Quae non contraxi alia de cauſſa, quam ut patrimoniolum noſtrum conſeruarem et liberos meos honeſte et liberaliter curarem educandos et inſtituendos et collocandos.

Und bin ich erſtlich ſchuldig 300 fl. die mir D. Hieronymus Herold zu Nornbergk auffgebracht, darumb mein ſon Joachim Wiſſenſchafft.

Item auf den Haus zu Bambergk ſtehen 300 fl. werden verzinſett der Frauen die den Ehman gehabtt.

Item 100 fl. iſt man ſchuldig der Neydeckerin.

Item 400 fl. bin ich ſchuldig M. Esromo Rudinger.

Item 200 fl. in das Kloſter Schluſſelawe.

Item 200 fl. facultati artium in Leipzigk.

Item 300 fl. M. Caſpar Iungerman.

Item meiner Dochter Magdalena bin ich ſchuldig 100 fl. welche ſie, von unſer Mummen der Frauen Tucherin ir geſchenckte, mir gelihen, Ao. 1547 als wir in Kriege wandern muſten, hatt darumb ſie kein verzinſung je begertt noch entpfangen.

Nun iſt mein wille vnd meinung, und giebe ich dieſe ordnunge, wiſſentlich, mit wolbedachten mueth, Erſtlich do nach Gottes willen mein Hausfrawe Anna mich vberleben wurde, vnd ſie mir vber 1600 fl. auſgenummen Klaider, Klainod vnd Hausgereth, zugebracht, vnd derwegen kein gegenvermechtnus noch verweiſſunge hath, vnd ſich als ein Erbares frummes tugentſames weibe allezeitt verhalten, mir rethlich behulfflich und nutzlich ſich erzeiget, Iſt demnach mein Wille, mainung vnd bevhel, das ſie in aller meiner guether nutzunge vnuerhindert ſitzen und bleiben ſolle, davon niemandt einige verrechnunge zu thuen ſchuldig ſeien, vnd bin ich ohn Zweifel, ir Haushaltunge vnſern Kindern nitt nachtheilig ſeien wirdet, vnd was ſie iren ſelbſt halben als dan für das beſte achtet, in deme ſolle ſie vngehindert ſeien, vnd viel mer behulfflich gefurdert werden.

Im falle aber unſer beder abgangk, oder do mein Hausfrawe, nach meinen abſcheiden, ir ein verſorgunge ires gefallens (welches ſie zu thuen macht hette) und ſich von anderer Haushaltunge ledig

machen wollte, (welchs ir zu thun freye vnd offen ſtehet) Gebe ich hierauff dieſen Beſcheide.

Erſtlich belangende die farenden Habe werden ſich mein ſone und Dochter freundtlich wiſſen der teilunge zu vergleichen in betrachtunge, warhan mannes vnd weibes perſon billicher weiſe einen vorteil haben ſollen, vnd in der taylunge das loſe ſich guetlich entſcheiden laſſen.

Doch verordne vnd ſchaffe ich, das auß meinen ſilbergeſchirr, ſo nach meinen todtlichen abſchiede vorhanden, meinen funff ſonen, einen jeden 1 ſtuecke zuvoraus gegeben ſolle werden, vnd iſt ein Drinckgeſchirr mit einen Deckel vergoldt, mitt einer lateiniſchen vmbſchrifft, welchs mir Herr Daniel Stieber ꝛc. geſchenckte, das ſolle mein ſon Joachim nemen, vnd gleichen werdes aus den andern, den andern 4 meinen ſonen, einen jeden 1 zuvoraus auch gegeben werden.

Die andern ſtuecke ſollen unter meine kinder und derſelbigen leibserben im falle, ahn ſtatt der eltern gleich getailte werden. Gleicher geſtaltt ſolle es auch mitt allen klainoden und geſchmucke, der geringſchetzig, vnd was ſilber und gulden verhanden, gehalten, vnd dis unter alle vnſere nachgelaſene kinder vnd im falle die enigklein gleichmeſſige geteilte werden.

Meiner Hausfrauen aber klaider vnd das gebende als ſteuchlein, ſchleyer und dergleichen, gebueren den Dochtern.

Meinen pettſchafft ringe, ſolle zuvoraus haben mein ſöne Joachim von wegen des namens darauff gegraben, wie ich auch von de. namens wegen darauff gegraben meines Vattern ſeligen Hans Camermaiſters pettſchafft ringe meinem ſöne Hanſen etwa gegeben vnd geſchenckte habe.

Meiner Hausfrawen ſolle, wie gemeldet, meiner guether geniſſe und ire gefellige verſorgunge zu machen freyhe ſtehen, vnd alles was ich verlaſſen wirde in iren gewaltt und bey handen zu haben vnd behalten, dergleichen ſie auch obe ſie iemant auß vnſern kindern oder enigklein ettwas von der farnus mitt gutten wiſſen vnd willen ſchencken vnd geben wurde, (welchs ſie zu thuen gutte macht) darahn in allwege vnverhindert ſeien.

Ich erindere auch meine ſöne, das ſie ſich bevleyſſen, die belehnunge allenthalben zw rechter Zeitt zu ſuechen vnd biethen, und ſich in der entpfahunge keines wegs teilen, ſonder die beſambten unzertailten

tailten belehnunge erhalten, vnd vmb das einkummen, ſich in freuntlicher tailunge, guetlich vertragen und vergleichen.

Meine drey Dochter habe ich nach meinen ſtande ehrlich ausgeſteurt, die Hochzeitt vorlegte, vnd zw Hairatgueth einer ieden 300 fl. gegeben. Iſt man wie oben angezeigt M. Caſpar Iungerman 300 fl. noch ſchuldig. Vnd iſt mein wille vnd bevelh das noch einer iedem, oder ihrer leibserben, von meinen ſönen als meinen Lehens vnd ander guether erben, gegeben vnd bezalt werden ſöllen 600 fl. landes werunge. Daruber ſie meine Dochter oder ire erben, weitter oder mere nichts zu fodern, zu fragen oder forſchen haben ſollen, das iſt mein wille.

Die Lehen aber und alle andere liegende guether vnd ahngelegt geltt ſollen alle auff mein fünff ſöne kummen vnd fallen, vnd in abgangk eines oder mere (nach Gottes willen) auff die bleibenden, vnd ſolle in dieſen inen von niemants einiger einſpruch oder Zuſpruch gethan werden.

Dagegen ſollen auch ſie meine ſone, alle ahngezeigte ſchulde zu bezalen vnd verrichten verpflicht ſein, ire geſchwiſtere meine Dochter damit vnbeſchwerte, bezahle ich dan ettwas hiervon in meinen leben, des haben ſie zu genieſen wurden aber die ſchulde gröſſer, ſo mueſten ſie es auch mir zu ehren im beſten auffnemen, und deren ablegunge auff ſich nemen.

Vnd bedes der erbfale und ſchuldbezalunge ſolle inen meinen ſönen (wie gemeldet) glaich zu tailen vnd gelten, zufallen vnd an ſie kummen.

Eß iſt ein hultzerin zwifechtig köpflein mitt ſilber beſchlagen, vnter andern meinen ſilbergeſchier, das ſchaffe ich hiemitt meinen Enigklein Joachim M. Caſparis Iungerman ſonlein, von meinetwegen zu geben, oder ſunſt ein pecherlein vngeferlich vmb 8 oder 9 fl.

Hierzw wille ich mein kinder vnd erben alſo verpflichten haben, ohne Zweiffel, ſie werden in friede, freuntſchafft vnd einigkeitt, mit Gottes hulffe, vnd auff meine vermonunge, deme ohnwaigerlich nachkummen.

Fratres autem filios meos hortor, moneo, iubeo inprimis ut inter ſeſe mutuum amorem fideliter conſeruent, et tribuendis benefi iis praeſtandisque officiis adiuuent atque ſubleuent. Quod ſi aliquis (id quod Deum oro, ut benigne auertat) contumacia ſua concordiam impedire auſus fuerit; uolo reliquos nihilominus

inter

inter ſe conſentiendo, illum, quocunque modo concedetur, dimittere: (id quod in alicuius obſtinata peruerſitate, reliquorum arbitrio ſimpliciter permitto, ut ſi uideatur legitimam ei partem haereditatis perſoluendam curent) ut ſuo deinceps ille periculo rem gerat.

Ad ſorores etiam quod attinet, quoad recte fieri poterit, ad has reſpicient fratres filii mei, et eas conſulendo, et pro uiribus eis ſubueniendo, non deſtituent ope auxilioque ſuo.

Quod ad funus meum attinet: cupio efferri corpus meum in commune coemeterium, et Eleemoſina in pauperes, pro facultatibus ſuperſtitum, et pro eo ac res feret, ſumtibus parci non uolo. Sed omnem pompam remoueri tam inuitationis, quam deductionis, quam etiam muſicarum cantilenarum, iubeo. Monumentum, ſi uidebitur, poterit opportuno loco poni, (ut in templo Paulino, ſi Lipſiae me decedere contigerit) cum pia pictura non precioſa, tale *):

IOACHIM. CAMER. PABEPERGENSIS.
M. Θ. AN. CHRI. IESV. - - - - - -
D. - - - M. - - - Commendans
ſeſe immenſae miſericordiae diuinae, in fide
Ieſu Chriſti Saluatoris generis humani.
C. V. ANN. - - M. - - D. - -

Dieweil ich dan ie gern woltte, das einiger Zweiffel oder irrunge nach meinen abſchiede nitt entſtunde, obe ich woll zu meinen erben vnd fürnemlich den ſönen anders mich nicht getroſte, dan das ſie ſich vnter vnd gegen einander alles freundtlichs willens erzeigen vnd verhalten werden, ſo habe ich doch fur guethe geachtet, als ich die vorigen ſchriefften wider vberleſen, furnemlich zu erholen mein meinunge von der abteylunge oben ahngezeigt.

Nemlich, das in allen meinen guethern lehen vnd eigen, wie die liegen vnd ſtehen, meine ſöne als von mir ahn ſie ererbte einſitzen vnd bleiben ſollen, ohn meniglichs einrede oder widerfechtunge.

Doch

---

*) Daß ihm dieſes Grabmahl auch wirklich in der Paulkirche zu Leipzig aufgerichtet worden, (additis addendis) iſt zu erſehen aus M. Sal. Stepneri Inſcriptionibus Lipſienſibus, p. 35. num. 104.

Doch das ſie meinen Dochtern, vnd im falle deren Leibserben die beſtimbte ſumma nemlich einer ieden 600 fl. muntze herausgeben vnd bezalen, dieweil den meiner Dochter noch zwue in leben, vnd der dritten Dochterlein, wirdet ihnen alſo herauszugeben auffgeleget, 1800 fl. in einer ſumma. Vnd wurde kaumett ſo viel einer Dochter worden ſeien, do man der eignen guether tailunge auffs genaueſt gemacht hette. Welchs ich aus vielerley vrſachen nitt für rethlich noch guethe geachtet, vnd derowegen dieſer ordnunge, meins Beduncken, ganz gleichmeſſig gemacht habe.

Doch begere ich vnd bevilh weitter, im falle do ſich befinde, nach meinen todtlichen abgangk, das ich bey meinen leben, ahn den verzeichneten ſchulden aufs wenigſt 500 fl. bezaltt hette, ſo ſollen meine ſöne zu obgemeldten 1800 fl. den Dochtern vermainte, oder dem Döchter teil, noch 300 fl. zu legen, darmit auf ein iedes teile ſiebenhundert fl. geraiche.

Was dan ſilbergeſchirre, kleinod, hausradt, vnd dergleichen belangend, ſolle gleiche freundtliche vertregliche tailunge (wie vorhin gemeldet, und vnterſchiedlich angezeigte iſt) derhalben furgenummen und gehalten werden.

Vnd bleiben alſo meine guether, eß ſeien liegende ſtucke, Zins, guldte oder angelegt geldt alles ſambt meinen ſönen.

Dargegen ſie furnemlich die 1800 fl. bezalen, vnd dan alle andere vorahn gezeigte vnd beſtimbte ſchulde (ſoviel deren nach meinen todt hinderſtellig befunden) auch entrichten ſollen vnd mueſſen.

Als auch in voriger ſchrifft eins Inuentary gedacht, mocht ich woll leiden und wollte gern, das eß deſſelben nitt bedorffte, vnd guether freundtlicher vertrauen diſſalles auch gebraucht wurde. Vnd dieweil ich ſolches alles dergeſtaltt von meinen kindern zu halten verordnet, vnd dieſe diſpoſitio inter liberos dermaſſen geſtelte, vnd meinen willen klare ahngezeigt habe, alſo bedarffe es keiner andern vorſehunge oder execution, darzw ich auch iemand nemlich zu bemuehen ganz unnötig geachtet.

Behalte mir auch vor, zukünfftiger Zeit meins Lebens, ſo lange Gott der Herr mir das verleihen wirdt, hierinnen mit beyle-

N gunge

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

gunge meiner handtſchrifft zu endern, mindern, meheren, meins gefallens, alles was mich gueth und rechte bedunckett.

Ioachim Camermaiſter, Camerarius genantt, Pabeberg.

Ego M. Hierónymus Zynaus Lipſenſis Imperatoriae Mtis Clementiſſ. conceſſu et publica authoritate Notarius ſignifico Ioachimum Camerarium Pabepergenſen Opt. artium Magiſtrum et has docentem in Academica Lipſica, coram eiusdem Academiae Rectore Magnifico Viro Leonhardo Lycio Hiltpoltſteinenſi, Opt. artium Magiſtro, propoſuiſſe me uidente, libellum ſignatum ſuo ſigillo, paginarum ſcriptarum duodecim, quas ego in conſpectu Magnifici V. Rectoris iam nominati euolui et numeris ſignaui. Oſtendit autem affirmando ſupra nominatus Camerarius, in illo libello ea eſſe comprehenſa, quae ipſe uellet poſt mortem ſuam fieri ſeruarique ordinata inter liberos: Et petiit ut Magn. V. Rector Academiae paulo ante nominatus, ſupra illum ipſum libellum colligatum filo albo, quod Camerarius ſecum attulerat, publicum ſignum inprimere uellet. Et me debito modo requiſiuit, ut ita omnia, me praeſente, audiente et aſpiciente, rite facta eſſe, mea manu aſcriberem. Id ego pro officio meo fideliter feci et ſum ſupra memorato Camerario libenter gratificatus. Actum praeſentibus teſtibus ad hoc adductis Balthaſaro Romano Laubenſi, Martino Boreccio Vratiſlauienſi. Lipſiae die mentis Auguſti Decima ſexta. Anno Chriſti Ieſu Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Octauo.

In ſcheda addita.

Ich wille auch vnd iſt mein mainunge, das keines aus meinen kindern, noch iemandt von derenwegen, einiger nachfrage, forſchunge oder einrede ſich vnterſtehe, was ich einen oder mer aus inen gegeben, zugeſtellt, mitgeteilt habe oder nicht, do ich doch ohn Zweiffel bin, eß ſeye hirinnen gleicheit gehalten, vnd allenthalben der billichkeitt gemeſe gehandelt. Neque uolo ab ullo in mea conſilia actionesque inquiri, cum ego nemini meorum quicquam imputem, et mearum rerum Dominus, Dei benignitate, fuerim, neque conſcius mihi ſum adminiſtrationis culpandae. Et aequum eſt iudicium ſententiamque meam a meis probari. Idque eos facere iubeo atque uolo.

In alia cartha.

Als verzaignet ein ſchuld bey hern D. Frantz Cramen 600 fl. ſind dieſelben erleget vnd bezalt, dargegen habe ich widerumb bezaltt 300 fl. welche ich zw Hairatgueth M. Caſpar Iungerman meinen aiden verſprochen, vnd dan 300 fl. meinen ſöne Joachim geſchickte zu bezalen ſo viel auffgebracht geldt vnd gelihen durch hern D. Hieronymum Herold, welchs dem hern Vlrich koppen erlegt, das alſo die 600 fl. verglichen.

In alia charta.

Quod ad conſenſionem ueſtram, mei filii, et mutuam beneuolentiam attinet, iterum repetens atque iterum, moneo, ut ſitis maneatisque concordes, neque patiamini dari inter uos cauſam occaſionemue ullam diſſidii aut alienationis. Patrimonii mei de quo eſt dictum, corpus, perſolutis iis quae debebuntur ſororibus ueſtris, uolo et iubeo conſeruari integrum, ſiue ſint clientelae ſiue alterius conditionis bona, eß ſeien lehengutter, erb, oder eigen. Haec igitur diſtrahi et diuidi non uolo, ſed conſeruari integra et coniuncta communiter omnibus uobis. Fructus autem annuos aequaliter inter uos diſtribui oportebit. Adminiſtrationem omnium fortunarum mearum uolo eſſe penes duos filios meos Ioachimum et Philippum, qui et in uicinia conſederunt et quorum fides et obſeruantia mihi eſt perſpecta. In mea domo Pabepergae, hoc rerum ſtatu, collocare ſedem domeſticam ſuam neminem ueſtrum uolo, minime autem omnium idque certa conſideratione Iohannem, procurationem etiam negotiorum in facultatibus meis, praeter duos ſupra nominatos filios meos Ioachimum et Philippum, alterum ex uobis ullum ſibi ſumere prohibeo. Hi duo, quicquid egerunt adminiſtrando et procurando res meas, ſecundum noſtram conuentionem, itemque poſtea negotiorum geſſerint eorum omnium indicium et affirmationem ualere ratamque eſſe iubeo, ſine ulla accuratiore inquiſitione. Haec ad iſtum modum conſtitui et ordinari iudicaui eſſe rectum, iuſtum uobisque utile. Teſtatusque hanc meam ſententiam ſum coram Clariſſ. Viris D. Chriſtophoro Herdeſiano affine et D. Caſparo Iungerman genero meo, quae confido a meis obſeruatum iri. Quod ſi quis forte, id quod

Deus auertat, contra haec facere aliquid conatus fuerit, is ſciat, ſe, quod improbum et indignum genere noſtro ſit, facturum eſſe. Haec conſulto et ſciens dictaui, die primo M. Aprilis. Ao. Chriſti MDLXXIIII.

Hanc eſſe uoluntatem atque ſententiam meam Ego Ioachim. Camermaiſter, cognomento Camerarius, ſubſcriptione nominis mei manu mea, ex animo teſtor.

## Altdorf.

Hier iſt unter Benennung Frankfurt und Leipzig gedruckt worden: Dan. Tersztyensky, Scepuſio-Hungari, ſpecimen Iuris Germanici de *aditione hereditatis*, cui de modo adquirendi hereditatem ex legibus aeui medii ſuccincta diſquiſitio praemittitur. 1759. 4. 11 Bogen, ohne die Zueignung an den Braunſchweig-Lüneburgiſchen Geheimenrath und Geſandten zu Wien, Herrn Bernhard Paul von Moll. Der Hr. Tersztyensky, unſer ehemaliger Mitbürger, hat erſtgedachten Hn. Geheimenraths von Moll einzigen Sohn Studierenswegen nach Altdorf geführet, nach deſſen frühzeitigem Abſterben aber ſich doch noch eine geraume Zeit bey uns aufgehalten und unter unſerm berühmten Hrn. D. Heumann ſich auf die Rechte, vornemlich die deutſchen, mit gutem Erfolge geleget. Vor ſeinem Abzuge von der hohen Schule hat er gegenwärtige Abhandlung als eine Probe ſeiner Geſchicklichkeit der gelehrten Welt ſowol, als vornemlich ſeinem Wohlthäter, dem Herrn von Moll, vorlegen wollen. Dermalen hält er ſich zu Stuttgardt als hochgräfl. Montmartiniſcher Secretär auf. So was ſeltnes es iſt, daß ſich ein Ungar der deutſchen Rechte vorzüglich befleiſiget; ſo gut und fleiſig iſt doch gegenwärtige Abhandlung abgefaſſet. Dem Titel zu Folge gehet der Hr. T. die Materie, von der Art und Weiſe die Erbſchafften zu erlangen, in den erſten §§. durch, und redet in dem 1. §. von dem, was in den ganz alten Zeiten hierinnen üblich geweſen. Er hält nemlich dafür, daß die alten Deutſchen von Teſtamenten nichts gewußt haben, wie insgemein aus dem Tacitus bewieſen werden will. Man dachte auch damals nicht an eine ſolche Theilung der Verlaſſenſchaft, ſondern überlies alles der Redlichkeit der natürlichen Erben.